



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 109. Nicosiensis Archiepiscopus ab Eugenio nominatus, sed a Cypriis repudiatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. posuit Papa, quod idem Archie-
A.C. 1445. piscopus tam strenue horum Hæretico-
 rum conversioni insudaverit, ut Timo-
 theum Archiepiscopum Tharsensem, &
 Eliam Episcopum Maronitarum cum u-
 niverso eorum clero, & populo ad re-
 ctam fidem perduxisset, adeo, ut hi duo
 Præsules solemnem professionem emissu-
 ri Romam accesserint. Nihil ultra Eu-
 genio deesse videbatur, quominus omnes
 Orientales ad sinum Ecclesiæ Romanæ
 redirent, quam ut ipsius decreta in ejus-
 modi partibus reciperentur. Ast in va-
 num tam pii Pontificis abiire conatus;
 hi enim sectarii ab eo tempore nec mino-
 ri pertinacia errores suos tuebantur, nec
 Catholicam Religionem nunc minori odio
 quam antea prosequuntur.

*Conc. Gener.
 ibid.*

§. CIX.

*Nicosiensis Archiepiscopus ab Euge-
 nio nominatus, sed a Cypriis
 repudiatus.*

*Bos. Histor.
 Rhod. tom. 2.
 l. 6.* **D**um interea Cyprii Hæretici in ipsorum
 Insula Pontifici obedientiam profite-
 bantur, ejusdem Insulæ fideles Christia-
 ni Eugenio parere reluctanter, ac non
 modo Nicosiensis Archiepiscopatus pos-
 sessionem Galezio, cui eum summus Pon-
 tificex contulerat, denegant, sed etiam
 Nuncium ea de re ad illos a Papa missum
 in

in carcerem conjiciunt, imo ad eam temeritatem prolabuntur, ut ipsum quoque Galeſium Inſula pellerent, qui Rhodum ſe conferre compulſus eſt, ubi tamen magnus Equitum Rhodiorum Magiſter a Pontifice monitus rem compoſuit, vel potius id præſtitit Regis Cypri uxor, ſcœmina Græca, quæ Marito ſuo longe ſuperiorem dominatum quaſi & dictaturam in Inſula exercebat; illa enim cum Rege egit, ut Galeſium admitteret, & Pontificis Nuncium liberum dimitteret. (*)

Sæcul. XV.
A.C 1445.

§. CX.

(*) Continuator hanc concordiam opera conjugis Regis Cypri conciliatam fuiſſe ſcribit, cum tamen Spondanus in Contin. Baronii ad ann. 1444. n. 5. eidem huic ſcœminæ Archiepiſcopi expulſionem attribuat, ex Boſ. Hiſtoria Rhodiorum hæc referens: *Rex Inſulæ Nuncium in carcerem conjecit, & Galeſium Inſula pepulit. Quod tamen non tam a Rege, qui pene nihil erat, quam ab ejus conjuge ſcœmina Græca, quæ regnum adminiſtrabat, & ritum Latinum ab Eccleſiis exterminaverat, proveniſſe putamus. Ceterum Rhodiorum Magiſter egit cum Rege, ut Galeſium admitteret. &c.*